

lucem, quam cum solis angelis videre possumus, quam nec initium inhoat, nec finis angustat. In die enim vitiōnis, quo electi assumuntur ad hanc lucem, reprobi in æternas mortis tenebras retruduntur. Non proderunt diuitiæ, sed iustitia liberabit à morte. Pro verb. 11. Apertis autem oculis cordis, ac cognito lumine iustitiæ, iam proficiscendum est factō, & opere imitando & sequendo Christum. Sic enim de ceo dicitur: Confestim vidit, & sequebatur eum. Quo? Haud dubium quin ascendentem in Hierusalem. Qua via? tribulationis. Nam & dominus ascendit vt pro nobis traderetur ad illudendum &c. quicquid ex homine suscepit Sic & in nobis crucifigatur homo vetus, homo carnalis, genitus ex carne parentis, vt viuat in nobis, quod natum est ex Deo per gratiam regenerationis sicut dicit apostolus: Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. 2. ad Corint. 4. Et tantum de mystificatione euangelij.

**Propter** Ex his quo ad secundum principale paucitatem ele- hanc doctrinam notemus. Quia enim-  
**tem ele-** multiplici testimonio audiui<sup>m</sup> repro-  
**ctorum** borum multitudinem, electorum pau-  
 citatem, nunquam de nostra salute qua-  
 tãquam, si securi præsumamus, sed semper tre-  
 securi de muli timeamus, ne à paucis electis se-  
 nostra p̄ parati, tandè cū turbe multitudine pea-  
 sumam<sup>m</sup> mus. Nequaquam nobis sufficiat in præ-  
**salutem.** senti tẽpore inter fideles, & inter christi-  
 anos numerari. Nam ouile sanctæ  
 ecclesię hædōs cum agnis recipit. Sed  
 atestante euangelio cum iudex venerit  
 bonos à malis separabit, sicut pastor  
 segregat oues ab hedis. Matt. 25 Quo  
 modo enim qui non timet, saluabitur?  
 Nam secundum Boe. 2. de consol. prof.  
 4. Perexile bonum est quod equo ani-  
 mo feratur amissum. Qui ergo in rã-  
 tis vitæ præsentis periculis beatitudi-  
 nem non pertimescit amittere, nõ hãc  
 præciosam, sed vilem aurumat. Et qui  
 vilem æstimat, non pro illa perseveran-  
 ter laborat, sollicitè cauendo peccata,

& operando bona. In timore autem do-  
 mini declinatur à malo. Prouerb. 16.  
 quia qui Deum timet nihil negligit.  
 Eccl. 7. Cuius rationem beatus Berna.  
 serm. 14. de diuersis assignat. Quoniã  
 contra negligentiam (ait) timor exur-  
 git. Nimirum ipse est, quo concutitur  
 anima omnia discutit, ducitur conscie-  
 tia, excutitur sopor lætalis, incurritur  
 sollicitudo. Hic principium est dono-  
 rum spiritus, quia initium vnde oritur  
 salus, sicut per Esa. dicitur: A timore  
 tuo concepimus & peperimus salutem  
 eiusdem 26 & Eccle. 2. Fili accedens  
 ad seruitutem Dei, sta in timore. Et me-  
 rito: Qui enim verbi Dei credulus non  
 timeat, & toto corde contremiscat, dũ  
 veritatis testimonio (cui falsum vob-  
 esse impossibile est) audit, numerosiorẽ  
 fidelium partem æternis exponendam  
 suppliciis? Et ecclesiam Dei (sicut ar-  
 cam Noe) in ea parte vbi iustus con-  
 tinet, augustam esse, in ea verò parte,  
 vbi animales habet, & bestiales laram.  
 Quis per aquam nauigaturus, in qua  
 frequenter etiam si vt in paucioribus pe-  
 riclitantur nauigantes, aut per nemo-  
 ra latronibus obsessa, siue etiam ad bel-  
 lum, in quo plurimos casus æstimat  
 iturus, non totis visceribus concutitur  
 atq; pauore, & timore contremiscit?  
 Eteccẽ in hoc mari magno, & spacio-  
 so huius seculi nauigamus, in quo eua-  
 dunt pauci, plurimi absorbentur. Sed  
 & viam, qua ambulamus, obsidet  
 multitudo latronum, ipsi dẽmones nos spo-  
 liare gratuitis, vulnerare in naturalibus,  
 & tandem omnes abripere labo-  
 rantes. Teste nanque domino Iob. 40.  
 Absorbetit fluuium, & non mirabitur,  
 & habet fiduciam q̄ in fluat Iordanis  
 in os eius. Quæ exponens Greg. homil.  
 26. Antiquus inquit, hostis humani ge-  
 neris fluuium absorbuat, quia à mundi  
 origine vsq; ad redemptoris aduentum  
 vix paucis electis euadentibus, in ven-  
 trem suæ malitiæ genus humanum tra-  
 xit. Nec miratur quia pro magno non  
 habet q̄ infideles rapit, sed habet fidu-  
 ciam q̄ fluat Iordanis in os eius, quia  
 postquam infideles cunctos ab origine  
 mundi